

Ecclesiæ esse, & summam potestatem habere in Ecclesiam.

4. *Quicumq; non habent fidem, non sunt baptizandi:*

*Infantes non habent fidem:*

*E. Infantes non sunt baptizandi.*

Resp. est *eadem fallacia*. Æquè enim dubium est, infantes non habere fidem, ac est, infantes non esse baptizandos. Imò Infantes habent fidem. 1. *Job. 2. 14. Matth. 18. 6. τῶν ἰσχυρόντων εἰς ἐμέ.* Vid. Doct. Baldwini *Disp. de fide Parvulorum Witteberge Anno 1620. habitam. Grauerum A. Confess. Artic. 9. p. 63. seq.*

5. *Quicquid testimoniis Græcorum & Latinorum Patrum probari potest, id est acceptandum:*

*At invocatio sanctorum defunctorum talibus testimoniis probari potest:*

*E. est acceptanda.*

Resp. non est quæstio, quid fiat aut factum sit, sed an rectè fiat aut factum sit. Hieronymus graviter dixit: *multitudo errantium non parit cause patrocinium.*

6. *Quæ*